

## I A

mescit spiritu ex frigiditate interdum, aut ex dυσοκίας, hoc est, portionis difficultate, ore præfracto, uel etiam θρόμβω φαγασθεντος επὶ αὐτῷ, hoc est, in eo thrombo, siue malis grumum dicere, id est, amplius concreto. Latini non tam uocabulo appellant, sed alij præfocationes uuluae, alij strangulatus, alij ab euentu eius morbi, ob mutescentes strangulatu uuluae foeminas dixerunt.

Hysterica mulieres, ab utero suffocatae.

Hysteralogia, uteri dolor.

Hystrites, acculeatis horrent pennis: sæpe illas iaculi modo emittunt. Aelianus.

## I A

**I**Abzos, olim myrrhæ addebatur, multo preciosior quam myrrha.

Iacha, flos. Vnde & Iachadæ coronæ, odoris commendatissimi.

Iacobus Psychrista, Medicus. Citatur eius Ceratum ad inflammatiōnes pedum, apud Aetium serm. 12. cap. 43.

ιαχα, id est, sanitas.

Ianthinus color. Lege, Color uarius.

Iaron, Dracontium maius, uel Jaros.

Iasione, olus est, ut inquit Theophrast. sylvestre, repens in terra, cū lacte multo florē fert candidum. Concilium uocant, singulari folio. Sed ut descriptio tamē, & qua si rudimentum multorum appareat, Plinius inquit, unū tantū habet folium Iasione, sed ita implicitum, ut plura videantur. Huius flos conceptaculo auersa parte non indiget, sed postrema eius exeunt in angulos, qualis uero oleagineus aspicitur. Stimulat hæc herba coitum, lactis ubertatem præstat, phthisicis prodest, infantium illita capiti nutrit capillum. In Plinio tamē pro Iasione, Lassina depravatum erat.

Iasius scripsit de odoribus: & citatur ab Hermola Barb. de unguentorum ratione.

ιασώ, η παράνεια, Aesculapij filiæ, haud dubiū, quin Medicinæ quoq; peritæ. Plura de his Aristophanes in Pluto. Sed & Hippocrates in iure iurando, per Panacæam sic iurat. Per Apollinem medicum, Aesculapium, Hygæan, Panacæamq; iuro, cæterosq; Deos cunctos, Deasq; testor.

Iaspis lapis, apud Dioscoridem libro quinto, capite. 151.

Iatralæptæ sunt, qui latine Plinio reunctorres, græce ιατρῶν ἀλεῖσαι.

## I B

ιατρονικὴ se appellari passus olim Thessalus est, id est, Medicorum omnium auctorem. De quo uide Plinium libro uigesimo nono.

## I B E

Iberis, græce ιβηρίς, siue καρδαντίκη, folia habet nasturcijs, uere uirentia, caulem item cubitalem, aut minorem. In incultis nascitur, æstateq; lacteum florem promit, quo tempore efficacior est. Radices duas Nasturcio similes habet, calefacientes, & adurentes. Dioscorides libro primo. Plinius libro uigesimo quinto, capite octauo, & libro uigesimo sexto, capite octauo. Officinae Vincetoxicum uocant. Nascitur ubi que in Italijs, in parietinīs, & incultis. Lege, Cardamum, & Iberis.

Iberis quæ sit, lege in dictione Cardamine.

Ibex, pernicitatis mirandæ, capraru genus.

Ibis, Aegyptium animal, Lunę sacrū. Nam ad eius rationem syderis oua fingit, intestinumq; eius augescit. Insuper ociose ingreditur, lauticiarū amantissimus, cubile soribus maculatum abluit. Aelianus.

Ibridam ex sue domestica & apro natum dicimus. Quo nomine Cicero collegam suū C. Antonium perstrinxit.

## I C T

Icteriades febris. Lege, Febris.

Ictericus color. Lege, Color uarius.

ικτερίξοι, renum uitio laborantes.

ικτερίξος, a nostratis, atq; item ab Horatio, Plinio, Varrone, & Sereno: a quibusdam Morbus regius. Est autem morbus, cum per totum corpus bilis suffunditur. Quæ interdum nigra, interdum flava est. Sic dictum putat Plinius lib. 30. cap. 3. ab Ictero aue: quæ si spectetur, sanari id malum tradunt, auem uero mori. Hanc putant etiam latine uocari Galbulam, & morbum Arquatum, a colore cœlestis arcus, teste Nonio. Verba Sereni super hac re adieci,

Regius est uero signatus nomine morbus,

Molliter quoniam celsa curatur in aula.

Celsus uocat Aurigonem, Acron dæmoniacum, comitabilemq;. Vel,

Icterus, siue Arquatus morbus, est effusio bilis in cutem: tingitur autem corporis superficies felleo colore, & fit quasi uiridis, cuteq; male affecta uiligines irrepunt, atq; deiectiones albæ defluunt. Galenus de Definitionibus.

## I C

Ictis, Viuerra animalculū, a quo & Icterus morbus, siue Ictericia, mustellarū generis. Ictus, pulsio, quaē per dilationē fit. 4. Mete. Ictus in pulsu uocatur, quum arteria motu suo tactui occurrit.

## I C H

Ichneumon, notum animal Aegypto. Plin. lib. 8. cap. 24.

Ιχωρ, in hulceribus tenuius excremētum & sanies. Quod uero crassum est, Sordes dicitur. Vide, Sanguis. Vnde, Ιχώρες, commixti sanguinis humores. Ιχοράντα ὄτα, aures ex quibus sanies destillat, uel humor aquosus.

Ichrei asinus, Maiorona, & Samsuchus, quondā Magis sic uocata, ut autor est Di scorides lib. 3. cap. 45.

Ichtiocolla, gluten piscium, apud Dioscor. lib. 3. cap. 101.

Ichtiotrophia, uox græca est, qua uiuaria piscium significantur, quaē & piscinæ nominantur. Plinius noster hæc omnia receptacula auium, piscium, ferarum, generali uocabulo uiuaria appellat. Columella libro octavo, capite primo.

Ichthya, instrumentum quo demortuus fœtus in utero præciditur.

## I D AE

Idæa radix, acerba gustu, miseri solita luctantium in palestra pulueri, ad ea que repercutere tantum oporteat. Meminit Di scorides lib. 4. cap. 47.

Idæus lapis, Dactylus in Creta, apud Solinum cap. 16.

## I D I

Idiophyton, Leontopodium, apud Diosco. lib. 4. cap. 132.

Idiopathia, Affectus proprius.

Idiocyta, corporū proprietas, & natura quedam specialis. Gale. lib. 3. Meteo.

## I E C

Iecur, uenosum membrum, calidum, et multis sanguinis plenum, et primum sanguinis concoctionem facit abundantissimam, iuuatque concoctionem que in ventriculo fit, cumque suo contactu confouet & calefacit. Galenus de Definit.

Iecorofus, qui ex Iecore laborat.

Ieumnum intestinum, quod sic dictum græce νῆσις, quoniam minus implicitum, nunquam quod accipit continet, sed ad inferiora pro tinus transmittit.

## I D

## I G N

Igname, radix insulæ Calechut, qua ad panes utuntur conficiendos: nostro orbi incognita, ut inquit Aloysius lib. 2. cap. 65. nauigationis noui orbis.

Ignem sancti Antonij appellant perfectam membra corruptionem, sensum penitus auferentem. Græci σφάκελος uocant.

Igneus color. Lege, Color uarius.

Ignis sacer Plinio est, qui a Dioscoride Heryspelas uocatur. Sunt & morbi quidam Heryspelatodes uocati, quoties accensio interna cum dolore uehementi circum uiscera percipitur: sed cum in cerebrū subit id malum, etiam refrigerantur & impallescunt ora. Heryspelas & in uulnerib. quoque dicitur, cum super inflammationē rubor ulcus ambit, isq; cū dolore procedit, ut ait Celsus. Idem autor Ignem sacrū ab Heryspelate diuersum facit libro quinto, genera Ignis sacri duo reddens: Alterum in altitudinem pustulis continuis, & qualibus, exiguis: Alterū in summæ cutis exulceratione, latum, inæquale.

## I L A

Illa, pars lumbi, seu lateris in sue. Horatius. Potma magis, an magis Ilis.

Ilamides, membranæ que circa medullam εἰλαῖνται, id est, figuntur.

## I L E

Ιλεοψ, græce Voluolum.

Ειλεοψ, tenuioris intestini morbus.

Ιλεοψ, tumor eminens in tenuiorum intestinorum parte, ut videatur intestinū ad chordæ similitudinem inuolutum. Nonnulli etiā Chordapson uocant. Gale. de Defin. Est enim intestinorum inflammatione tenuum, ut neq; excrementa exerceri possint: tormina subsequuntur impendio molesta, doloresq; uehemēter mouēt. uide, Colici.

## I L I

Ilia, in uno uentre posita sunt inter coxas & pubem, inquit Celsus. Græci ab immanitate uocant Ceneoma: & quod flaccida sunt, id est, Lagona.

Iligneus, ab Ilice possessuum.

Ιλιτενης, κιατος ἐχασπίς, Hesichius.

## I L L

Illecebra, Semperiuū minus, teste Aedo lib. 13. cap. 123.

Illecebra, Diosc. Telephium lib. 2. ca. 207. Romanum nomen, sylvestris Portulacæ.

## I M

ΙΜΩΣ, strabo, accentruncula in ultima parte oculi, uel cæcus: unde & ιλωπηίη signifi cat τὸ στραβοῖς.

Illyricæ Iridi regio nomen dedit, nam ea in primis probatur. Etiam si Paulus Aegine talib. 3. Medicinæ sūræ, Illyridæ appellati onem magis probet. Plura super ea re M. Verg. in Comment. suis, qui admodū curiose in eo uocabuli etymo laborat.

Illuuiæ, oris fœtor, græce ἀλουσία.

## I M A

Imantopodes, a Plinio ponuntur in Aegypto inter aquatiles aues.

## I M B

Imbecillitatem, medicorum uulgaris uocat alteratæ qualitatis morbos. Vide Galenum de morbis, & symptomatis.

Imber, fit expressione nubis, magnopere addensatæ, tot habens differentias, quottuplex est nubis compressio. Aristot. lib. de cœlo & mundo.

Imbuere, est inficere, & primum intingere.

## I M M

Imminutionem uocauit Galenus, quod alij morbi ipsius declinationē, quū scilicet ex febris magnitudine quipiam demitur, libro de morborum temporibus.

Immuſulus, uulturis pullus. Plinius libro decimo, cap. 7.

## I M P

Impetigo, uulgo etiam Volatrica, secundum alios fœdatio cutis serpens cum pruritu, et prominens. Quibusdam uidetur eandem esse, quam Græci λειχναῖν οὐ φάγαι uocant, ἀπὸ τῆς ψεχῆς, quod significat confricare. Latini Zema. Sunt qui nominent Herpaganem, & Serpiginem, eo quod serpit. Meminit & Celsus lib. 5. ponitq; speci es eius quatuor, atq; item Plinius libro. 28. capite decimo.

Impetix, id est, Impetigo, ut placet Festo. Impicato, pice oblinito. Picare, impicare, op picare, uerba sunt ab uno pīcis fonte corri uata. Columel. lib. 12. cap. 29.

Impluuiatus color. Lege, Pullus.

Impressio, est partis eius, quæ per summare sidet, introrsum migratio, quæ pulsione, aut iictu, sed in totum tacta accidit. Arist. libro. 4. Meteo.

Imputrida uocauerūt ueteres Medici, quæ nos hodie incocta nominamus. Galenus lib. 6. Aphorismorum, Aphor. 1.

## I N

### I N A

Ινæs uocant Græci, quibus foliorum partes intercedente diuisione aliqua inuicē separantur. Quod in folijs uitis & fici a tergo manifeste deprehenditur, in quibus nō ali ter, quam in hominis dorso spina a reliquo folio ueluti costa & puluinus eminet. Plinius aliquando fibras, aliquando neruos, aliquando dorsum, & aliquādo uenas pro rerum necessitate appellat.

Inangulares, encanthides, uel tubercula, quæ in angulis oculorū oboriuntur. Paulus lib. 6. cap. 17.

### I N C

Incarnatio, quæ in uulua fit, est carnosæ molis productio: quam ex parte resecare necesse est, si magna fuerit, destillatq; ut citius mortificetur. Si autem fuerit modica, actutum ferri conuenit.

Incendiaria auiis quæ dicta sit, nec reperitur, nec traditur. Plin. lib. 10. cap. 13.

Incensa. Lege, Thymiamata.

Incerniculum, ab incernendo, genus est cri bri. Plin. lib. 8. cap. 44. Cato in re Rustica.

Incertus color. Lege, Color uarius.

Inciles fossæ dicuntur, ad deducendā aquā factæ. Alias incilia.

Incilia, fossæ sunt, quæ in agris fiunt, ad aquā deducendam. Dicuntur & Deriuationes, de riuo communī factæ. Portius Cato. Incilia aperire, aquam deducere, uias & segetem curare oportet, ut fluat. Item, in monte fossas inciles puras habere oportet. Columella lib. 5. cap. 7.

Incilia. Vide Illices. Inciles fossæ, & Elices.

Incisio. Lege, Fracturarū ossium in capite.

Incombustibilia uocantur, quæ nullos habent meatus, quibus introrsum ignem admittant, neq; humorē continent incensio ni idoneum, ceu glacies. lib. 4. Meteo.

Inconcoctio, imperfectio est, quæ proprij caloris penuria accidit: caloris uero penuria frigus est. Aristot. lib. 4. Meteor.

Incrementum, est in longum, latum, & profundum corporis extensio.

Incubus. Vide, Ephialtis.

### I N D

Indensatilia, quæcūq; uel impressatilia sint, uel pressationem obtinent inconstantem. 4. Meteo. cap. 9.

Indicatiuum signum. Lege, Signum.

Indici genera quæ sint, uide Dio. li. 5. ca. 9.

## I N

Indici canes, ex Tigride nascuntur. Vnius ex his exemplum tradit Aristoteles: qui præsente Alexandro in India, cum leone congressus, prius expectauerit a circumstantibus totus paulatim concerpi, quam mordicus feram dimittere. Extinctū tandem, Alexander honorauit, eius nomini ac tumulo ciuitate dicata. Nicandrus Cophonius tamen scribit, huiuscmodi canes ex Acteonis Regis canibus prognatos, qui post rabiem in sanitatem redeuntes, Euphrate transmisso, in India errauerunt. Indus Medicus, citatur ab Aecio sermone nono, capite. 49.

## I N E

Inedare. Plinius pertinetia ad hanc sententiam haec scribit, Cæterum ut odore careant, omnia haec iubentur seri, cum luna sub terra sit: colligi, cum in coitu: sine his, Menander e Græcis autor est, allium edentibus, si radicem betæ in prima tostam super ederint, odorem extingui. Columella lib. undecimo, cap. 3.

Inæqualitas pulsuum. Lege, Pulsuum differentiae.

## I N F

Infamis digitus. Vide, φύσις.

Infrata, minutum insparsa. Friabile id latine uocatur, quod facile disteritur: uulgo uocant puluerizatum. Columella lib. 27. capite quinto.

Infiniti plures acceptiones ponit Aristot. lib. 4. Physicorum.

Infinitum magnitudine uocatur, quod suæ magnitudinis caret extremis.

Infinitum multitudine, quod suæ discretæ multitudinis caret extremis.

Inflammatio in uulua est, que fit cum dolore uentris, inguinumq;: in qua cum febribus accidit sincopitis dolor, tendinum contractio, & oculorum cuitas.

Inflammationes a quibusdam ueteribus dicebantur, quæ sunt ueluti quædam excandescentiæ: a junioribus autem non æque. De arte curatiua ad Glauconem lib. 1.

Infricare, est terendo aliquid digitis leniter inspergere.

Infusa, aliqui uocant Clysteres.

Infusiones, medicarum & pharmacorum, quæ sic appellat Barbarum medicorū uulgas, Græci uocant ἀποθέγματα.

Infundibulum, instrumenti rustici nomen

## I N

est, quo uina diffunduntur in dolia, in usi cellæ uinariæ frequentissimo. Portius Catō scribit, oportere uillicum habere in instrumento fundi Infundibula duo. Refert Flavius Vopiscus in Aureliano, fuisse quēdam bibacem, qui bibere solebat Infundibulo apposito plus orca. Est autē orca genus uasis. Columella lib. 3. cap. 12.

## I N G

Ingluuiies. Albertus Magnus doctior quæ eloquentior, pappam uocat in auibus, quæ Columella uocat Ingluuiem. Itidem Vergilius illo uersu, Improbus in gluuiem, ramisq; loquacibus implet. A Plinio dicitur, sinus gutturi. Est autem capacitas guiae patentior, qua merguntur recentia cibaria. Colum. lib. s. cap. 5.

Inguinalis, Aster, apud Dioscoridem libro quarto, cap. 121.

## I N I

ἴνιον, occiput.

ἴνιον, ceruix.

Inire gregem, id est, coire cum grege. Ausoni, Sic me taurus init, sic proxima buccula mugit. Ouidius. In eas quamlibet ante uelim. Hinc Initus ponitur pro coitu. Plinius tradit equos, & canes, & sues initum matutinum appetere. Item de bobus scribens, ait, Conceptio uno initu peragitur. Colum. lib. 7. cap. 3.

Inis, infans, & paruulus.

## I N N

ἴνιον, Lege, Inulum.

## I N O

Inordinatus pulsus. Lege, Pulsuum differ. ίνιον, occiput: sic dictum, quia ex ipso ίνιον, id est, ncrui capitis principales procedunt, ίνιον, infantem & paruulum significat.

## I N Q

Inquinatio, in concoctio quidem, sed elixationi aduersa. Aristot. lib. 4. Meteor.

Insolationes uocantur, quando ad solem sic candi gratia hydropici exponuntur: olim frequentes ueteribus, teste Gal. & Aecio.

## I N S

Insecta animalia uocantur, que nunc ceruum loco, nunc pectorum atq; alii, precincta separant membra, tenui modo fistula cohærentia. Aliquisbus uero non tota incisura eas ambiente rugas, sed in alio, aut superne tautum imbricatis flexilium uerbris, nusq; alibi spectatore naturæ rerum

## I N

artificio. Plinius libro.ii.capite primo.  
Insipiat, apud Varronem, id est, alterando  
fiat insipidum. Quanquam alibi legatur, cū  
fur incipiat.  
Insolare, id est, soli exponere.  
Insolari item, est sole impleri, concoquiq;  
Columella lib.ii.cap.3.  
Insolati dicuntur dies, multo sole et puro in  
tepescentes.  
Inspergo, pulueris uel farinæ inspersio.  
Insuccanda, aspergenda, & quodam quasi  
succo irroranda, madefaciendaq;. Colum.  
lib.7.cap.4.  
Insultus, accessionis tempus simplex, ex-  
acte iam primum. Idem hoc Græci ἐπιστρί-  
ψιαν, hoc est, febris significationem no-  
minare consueuerunt. Galenus libro de  
Morborum temporibus.

## I N T

Integritas. Lege, Sanitati tria accidunt. Nam  
Inegritas uocatur, cum morbus abest.  
Intercidens pulsus. lege, Pulsus differetia.  
Intercisio stomachi, uidetur Plinio esse ro-  
sio: ut in mentione Pulegij colligitur ex  
Dioscoride.  
Interfemineum. Lege, κτείς.  
Intergetini parietes, nomen habet ab inter-  
gerendo, id est, ferendo, sustinendoq;, non  
a lateribus, ut communes, sed in medio eo  
rum. Vitruvius lib.2.  
Intermissio morbi uocatur, quando morbus  
(exempli gratia, febris) in quietem desie-  
rit. Galen. lib.1. de Crisibus, cap.3.  
Intermittens pulsus. Lege, Pulsuum diffe-  
rentiae.  
Interpolato, condepstoq;, id est, bene pre-  
mito & excolato.  
Interpolare thura, est rudia cum sint, poli-  
re & nouare. Plinianum.  
Interuaseris. Hic Columellæ corrigendus  
est locus, interraseris. Namq; interradi di-  
cuntur arbores, quando rami intermedii  
succiduntur: quoniam densitas officit, ide  
oq; laxioribus interuallis serendæ sunt ar-  
bores. Interradi gaudent olivæ, autore Pli-  
nio. Colum. lib.5. cap.8. & lib.12. cap.19.  
Intertrigines, cutis ablata, excoriataq; per  
urinam inter femora. Mali genus quod  
uocant aliquando attrita, aliquando con-  
fracta membra. Fit autem, atterentibus &  
urētibus in itinere pedes angustis calceis.  
Fit etiam confricatis longa equi uestione

## I N

interioribus feminibus, alijsq; partibus, &  
ex alijs caussis.  
Intertrigo, a quibusdam etiam Cancer uo-  
catur.  
Intertrigines, græce παρτέμιματα.  
Interuallum, pulsus uocatur, quoniam in-  
ter duos ictus quiescit.  
Interuallum, & Hippocrates, & Galenus  
uocauerunt, ubi iam febris ad integratæ  
peruenit, & pulsus in naturali statu consi-  
stit, quantū nos sensu percipere possimus.  
Lege Galenum lib. de Malorū temporib.  
Verba Galeni. Quamobrem merito quis  
ueterem consuetudinem secutus, in tertiar-  
narum periodis interuallum, tempus inte-  
gritatis appellari.  
Intestina, fabrorū opera uidentur esse, quæ  
Theoph. lib.5. Oicodomica, a ligno appel-  
lat, in quo potissimum probatur abies. Vn-  
de Abietarios, & Abietaria negocia, pro  
materiis accipimus.  
Intestina neruosa, & hæc quidem ad excre-  
mentorum excretionem facta. Galen, de  
Definitionibus.  
Intestinum crassius, id est, Colon.  
Intestinum ieunum. Lege, Ieunum inte-  
stinum.  
Intestinum uacuum, alio nomine, ieunum.  
Intestinum cæcum uocatum est, quod al-  
trius tenui intestino cohæret. Ideo sic  
nominatum, quod a dextera parte incipi-  
ens, in sinistrom perium & longum  
est, in dexterum non. At id quod perui-  
um est, late fusum, atq; sinuatum post mul-  
tos anfractus. Deniq; dextra recurvatum  
in imo dirigitur, qua excernit, & proinde  
ibi Rectum uocatur intestinum.  
Intomata iumentorum tubera, quæ frequen-  
ter illis accidunt. De quibus Vegetius lib.  
2. capite.30.  
Intrita, uocabulo generali dicta est ab inter-  
itu. Interdu esculentis est, saepe alijs rebus  
accommodata. Ait Terentius in Phorm.  
Tute hoc intristi, tibi omne exedendū est.  
Exposuit Donatus, hoc inter rusticos de  
alliatu mortarij dici solere. Proprie eī, in  
quit, Intrita, dicitur huiusmodi cibus. Alia  
res est Catonis Intrita, hoc est, emplastrum  
ad infisionem: cui emplastrationi nomen  
est maxime idoneum. Plin. lib.17. Sed id etiā  
apud ueteres Græcos inuenitur, & apud  
Catonem, qui oleam, siccumq; sic inseri iussit,

## I N

mensura etiam præfinita, secundum reliquam diligentiam suā cortices scalpro excedi, quatuor digitorū longitudine, & triū latitudine, atq; illa coaugmētari, & illa sua intrita oblini. Hic uidetur intrita profecte uini ponī, sicut alibi ponitur intrita follicu lorum, quibus acini uuarum cōteguntur. Colum.lib.12.cap.40.

Intrita calx, quē non e gleba statim ad opus confertur, sed tempore maceratur, atque fermentescit.

Intubum agreste, Lychnis agria, apud Di scoridem lib.3.cap.114.

Inturis, Capparis, Romane.

Intybus. Verba Manardi de Intubis. Intubum duplex est: domesticū, & sylvestre. Hoc Cichorium, illud Endiuriam uocant. Arvensis rursus duplex est, scilicet, Radicula, & quam Cicerbitā uulgaris appellat. Lege, Cicerbita, uel, Sonchus.

## I N V

Inula, synonymum cum Enula.

Inulam item Julia Augusta illustravit, dum ea uescitur quotidiano cibo. Herba est hortensis, amara, & per se stomacho inimicissima: eadem dulcibus mixtis, saluberrima. Defectus, præcipue stomachi, excitat. Columella lib.11.cap.3.

Inulum, Varro & ex equo & asina uocari scribit, quos et Bardones aliqui appellant, sicuti ex asino et equa mulum. Quanquam uetus codices, cum Varronis, tum Columellæ, Innum habent, non Inulum, quod ab equo patre nomen traxerit. Sed & Aristoteles quoq; ἵννον græce dicit, qui ex mulo et equa nascitur, ceu parvus mulus. Pro inde Nonius Marcellus, Hinnos inquit, & Hinnulos, sub quo nomine accipere debemus, Varro signat: ait enim, Ex equis & mulis qui nascuntur, Hinnos uocari: ut errauerit, qui distinctionis studio confinxit, Hinnulos ceruini generis esse pullos, equini uero Inulos uocari. Quin si imitari oportet, uerius sit, Inulos per simplex n, et sine afflato ceruinos pullos accipi: Hinnos autem, & Hinnulos per duplex n, & cum aspiratione, ex asina conceptos equi coitu: sed utiq; si sint mares, ut Plinius adiecit. Quanquam Nonius Marcellus aliter, ut præmonui. Vide Barb. in Coroll.

Inuolucrum, Epithymum, apud Dioscor. lib.4.cap.189.

## I O

Inurinare, innatare, & mergi. Vrinātes vocant, qui sub undis natant, quorū frequētū mentio apud Plinium. Vrna, ut docet M. Varro, ex eo dicta, quod urinatur, id est, mergitur ad hauriendam aquā. Firmicus Maternus docet, Vrinatores habere in horoscopo sydus delphini. Columella lib. 8, capite. 14.

## I O

Iocinalis, Onobrychis, apud Dioscoridem lib.3.cap.171.

Iolas Bithynus herbarius. Multa eius trāstulit in suam naturalem historiam Plinius, quæ nominatim etiam citat lib. 20, cap. 17. Dioscor.lib.1.

Ionia, Aiuga, uel Chamēpitys, apud Diosc. lib.3.cap.176.

Ionia, uocantur purpurarum, buccinorūq; media, qua parte teste uolumen claviculatum intorquetur. Velsic, & ut Hermolaus Barbarus explicat, est papauerculum in buccino pars ima, esculentaq;. Quanquā omnis callus pinnæ & conchiliij interior, papauer quoq; dicitur. Sunt qui florē esse credant (idem inquit Barbarus) eum quē purpuræ, ut Aristoteles scribit, habent, & buccina, & qui ab Democrito anthos porphyrios dicitur: alia nigrum, alia, quod rarius est, rubentem, medium inter papauerculum, & ceruiculam, ut Athenœus testatur. Idem Barbarus mendum esse credit in dictione ἴονια, nec legendum ionia, sed Cionia ιώνια. Consule Corollarium eius, quod annotauit in eum locum.

Ionitis, Capparis.

Ionthi, latine uari, calli, ac tumores exiles, duriq; in cute faciei: quas acmas quidam nominant. Vide, Ephelis.

Ιόντας, tumor parvus in facie ex humore crasso & calido, qui curatur per pharmaca mollientia.

Iouis glans, id est, Castanea.

## I P

Ipes, appellantur uermes in uitib; nascentes, austrinis flatibus.

Iphiclus. Vide, Pedem

Ipnōn, id est, muscus.

Ιππειον πιτύα, coagulum equinum.

## I R

Ir. Vide, Themar.

Ιριζα, uellera lanæ.

Iris, herba est laudatissima in Illyrico. Flo-

## I S

ret diversi coloris specie, sicut arcus cœlestis: unde & nomē natura est feruens. Columella libro. 12. capite. 28.

Iris sylvestris, Viola purpurea apud Dioscoridem libro. 4. capite. 123.

Irion, latine id quod græci ἐρύσιμον uocat, alij Chamæplion, & Magi Herculis alpīam, uel farinam, & Aegyptiū Erehmon: iuxta urbes, domicilia, & hortos nascitur, folijs Erucae sylvestris, caulinulis in loti modum lentiis: floribus luteis, siliquis in caumine gracilibus, ut foenugreco, cornicu latissimis, semine exiguo, urentis gustus. Eruculam nobilem interpretantur hodie Itali, atq; sic in cōmentarijs quibusdam scriptū reperimus. Quod si ita esset, mirum, quomodo Plinius inter fruges illam constituit. Vide Plin. libro. 8. cap. 10. & Dioscor. libro. 2. capite. 175.

Iris oculi. Vide, Albugo.

## I S A

Isaron, Dracontium maius.

Isatim, Lactucis sylvestribus annumerant. Magna est de ea apud scriptores controversia, nobis operosum fuit singulorū adscribere commentarios. Qui uolet, legat Barbari Corollarium super caput Isatis, Nicolaum Leonicum lib. de erroribus Medicorū, & Pandolphi Collinuciū contra eum defensionē. Attigerunt & Leonardus Fuchsius, & Manardus Ferrariensis de hac nonnihil; locus est apud Dioscoridem libro. 2. capite. 205. Plinium libro 20. capite. 7.

## I S C

Isca, medulla nucis quae in ligno ipso continetur, teste Aecio: sed depravate, ut suspicamur, quemadmodum multa alia, atque forte legendum, esca, quoniam pro igniario & cauterio quoq; est medicis.

Ischa, Lege, Grossulos.

Ισχάδεσ, aridæ fici sunt, & caricæ. Inuenias apud Græcos Ischadas recentes & ueteres quoq; dici. Comoedia & Ischada, pro sisca uidetur appellata. Quanq; & Ischada Sophocles, pro anchora est ubi accæperit. Ισχία, coxendices, ossa duo sunt, in posteriore hominis parte sacro ossi, in anteriore autem sibi inuicem infisionis modo adiacentia. Quo loco, in anteriore scilicet parte, pubis ossa hęc etiam dicuntur. Dico aut̄ infisionis modo, quod Galenus κατὰ σύν-

## I S

φυσιη uocat; qui modus iungendi ossa terciis in natura ab eo numeratur. Si quidem in animalibus duplēcē ait esse ossium posse, Alteram ad motum, appellariq; articulos, Alterum cōtra motu carentem, appellariq; συνάεθωσιη, nos dicere possumus in articulos concretionem. Huiuscē triplicē esse formam. Aut enim sutura est, ut in capite: Aut clauorum modo defixio, ut in ore sunt dentes: Aut σύμφυσις, quasi consertio, uel insitio quædam, quæ cætera ossa simul iungunt. Mar. Virg. super Dioscor. libro. 1. capite. 5. ἐρών ὁστή, Sacrum uero os, cui a posteriore parte coxendix iungitur, grandius omnibus in ea parte ossibus est, ideoq; ἐρών, id est, sacrum a Græcis appellatum. Quanq; & grande significat eadem uox. Vnde & comitialis morbus eo nomine uocatus est, quod grādis esset.

Ischiaci dicuntur ἀπὸ τῆς ισχίας, id est, a coxendice; de quo etiam alias.

Ισχιαδίκαιοι, coxendici, quos hodie Schiadi- cos uocant.

Ισχιασ in Ischio est, id est, coxarum gignitur uertebris, atq; subinde ad talos pertinens. Cæterum ischias, & arthritis, & podagra magnitudinis modo distinguuntur: caussis uero & locis περιπτωτικέσσι eadem sunt: ex pituita siquidem gignuntur ut plurimum, neruosq; afficiunt, quibus certandi motus adipiscuntur.

Ischias, Apion uel radix sylvestris apud Di- oscor. lib. 4. cap. 187.

Ischias, Leucantha. Dioscor. lib. 3. cap. 21.

Ischion, neruus quo colligatio coxae fit, no- mine eodem quo & uerebra.

Ischuria, est urinæ retentio, periculum adfe- rens. Retinetur autem octo modis urina: inflamatione, duricie, sanguinis collectio- ne, resolutione, lapidis procidentia, neruo- rum compassione, ulceratione, & lithiasi.

Isicum, farciminiis genus.

Isis, Emplastrum conferens in atra bile, apd Aecium sermone, 12. cap. 24.

Iostathinos, cōfessionis nomine tussi & ta- bi cōferentis, apud Aecium sermo. 8. ca. 55.

Isotheos, confectio tussiculae ferens remedi- um, simul & tabi, apud Aecium sermone & loco citato.

## I S O

Isocinomon, species Casia, Lege, Casia.

Iopyron quæ sit, uide apud Dioscoridem libro. 4. capite. 122.

Iophagus, pro œsophagus, barbare.

Isthmum, partem illam oportet intelligere, quæ os & gulam interiacet; quæ per metaphoram quandā ita nominatur ab his, qui proprie dicuntur Isthmi. Sunt autem angusti quidam terræ transitus, inter duo marias sitæ. Galenus lib. 3. a pho. 26.

Itiadendros, Hippuris apud Dioscoridem libro 4. capite 49.

Ityphallus, membrum virile erectum.

Ithytherion, Hedera apud Dioscoridem libro. 2. capite. 199.

ἰθύωντος, olfaciendi facultatis colla.

Itrion, panis placentarius, qui constabat se famo, melle, & farina.

Iuba, & rex, & herbarius. Celebrauit inter alia herbā Euphorbiam. Pli. lib. 25. cap. 7.

Iucipellum. Lege, Juniperus parua.

Iudaicus lapis, in India nascitur, glandis effigie, sata admodum configuratione discurrentibus lineis quasi industria detornatis. Dioscor. lib. 5. cap. 146.

Iudæi emplastrum, quod fracto capiti admistratur, uide Celsus lib. 5. cap. 19.

Iuga fracta. Genus uineæ est quam uocant Iugum. Fit autem, cum desixis humi palis annexentur singulæ transuersæ perticæ per quas prorepunt uitæ pampini. Id genus iugi cauterium uocant rustici; inde iugata uinea scriptoribus rusticationis nuncupata. Colum. lib. 11. cap. 2.

Iugario ad circumeundum. Nomine Iugarijs significatur, qui iungit boues, iugūq; imponit, demitq;. Columella libro primo, capite sexto.

Iugitorius. Vinearum multæ species sunt. Aliæ humiles, ac sine palis. Aliæ sublimes, ut quæ appellantur lugatae, ut pleræq; in Italia. Quibus stat recta uinea, dicuntur pedamenta; quæ transuersa iugantur, iuga nominantur; ab ea quoq; uineæ iugate dictæ. Iugerum fere sunt genera quatuor. Pertica, Arundo, Restes, ac Vites. Iugationis species duæ, Vna directa, Altera compluviata, hoc est, in longitudinē iugata; dicta a cauis ædium compluvijs. Columella libro 4. capite. 18.

Iugeratum, in singula iugera. Aduerbitum est, ea figura formatum qua templatim, pagatim, uicatim, & alia sexcenta hoc genus, Columella libro. 3. cap. 3.

Iuglans, id est, nux regia.

Iuglandes dictæ sunt, quasi Iouis glandes.

Iuglans Græca quibusdam uidetur esse amygdala. Columella tria facit genera lib. 6. Græcae iuglandis & amygdalæ.

Iugulares uenæ, σφραγίτιδες.

Julianus farinæ Thessalicæ, Apollonidæ Cyprij discipulus. Conuenisse se hunc aliquando Alexandriæ, Galenus testatur, ut nugas ipsius perdisceret: sed nihil se repertisse, præter hominem obscurum, uarium, & nullius eruditionis firmæ. Galenus in Therap.

Julianus diaconus, Aecij medicus, ut ipse met testatur, sermone. 11. cap. 12.

Iulij Græcini, & Iulij Attici meminit L. Columella, non minus rei medicæ, & agriculturnæ quoq; peritus. Non minorem inquit laudem meruerunt nostrorum temporū uiri Cornelius Celsus, & Julius Atticus. Quippe Cornelius totum corpus disciplinæ quinq; libris complexus est. Is de una specie culturæ, pertinentis ad uites, singularem librum ædidit, cuius ueluti discipulus duo uolumina similium præceptorum de uineis Iulius Græcinus cōposita, facetius, et eruditius posteritati tradēda curauit. Iulus, uermis terræ, quem lumbricum uocamus. Quanq; sunt, qui milipedes quoq; ιοντοσ faciunt. Pilosa hæc & arcuatim re pens. Vocantur & Polypi.

Iulep, clarificata potio, uel clarus liquor potabilis.

Ιοντοσ. Lege, Iulus.

Iuncus, et lunci radix Cyperus, uel Græce κύπερος. Historia est apud Dioscor. lib. 1. Myropolæ nunc Germanice interpretantur, Vuilden galgen.

Iuncus odoratus in Aphrica & Arabia nascitur, laudatissimus ex Nabathea: proximus Arabicus, quem aliqui Babylonium uocant, alij Teuchitin. Pessimus ex Aphrica. Eligendus est ruffus, recens, floribus refertus, tenuis, rubentibus fragmentis, qui manibus confricando rosæ odorem emitit. Vide Dioscoridem lib. 1.

Iuncus, & Iuncus marinus, Oxyschinos apud Dioscor. lib. 4. cap. 55.

## I V

Iuncus odoratus quid sit, uide apud Theophrastum libro. 9. capite. 7.  
 Iuncus palustris, oxytropis apud Dioscoridem libro. 4. capite. 55.  
 Iunci radix, id est, Cyperus.  
 Iuncus rotundus, odoratus. Vide, *οχόινος*.  
 Juniperum paruam, Græci ἄργενθιδα uocant, alij μυνσίθεον, alij ἀκαταλίθα, Aegyptij Libium, Galli Lucipellum, Romani Juniperū. Eius duo genera, altera maior, altera minor. Vtracq; acris est, excalfactoria. Vide Dioscor. lib. 1. Plin. lib. 16. ca. 25.  
 Jupiter, chymistis zyñ.  
 Ius album piscium sic conficitur, cum sine garo, magiscq; etiam sine conditura cuiusmodi οὐαρεύειαν Græci uocant præparatur, scilicei anetho, saleq; cum oleo, & porri exiguo in aquam coniectis.  
 Iusticia, in symmetria pulchritudini assimilatur. Gale, de Definition.  
 Iusticosis. Lege, Morbi.  
 Iustinū, a Iustino Imperatore primo inuenta descriptio, aduersus malum calculi. Cittatur ab Nicolao.  
 Iustus medicus. Eius Hieram quandam describit Aecius sermo. 10. cap. 11.  
 Iustus, nomine ocularius medicus, insignis aetate Pauli Aeginetæ, cuius meminit libro sexto, capite uicesimo.

## I X I

Ixia, Chamæleon albus: ideo sic dicta herba, quod quibusdā in locis uiscum circa radicem inueniatur, quo pro mastiche utuntur mulieres, Dioscor. lib. 3. cap. 9.  
 Ixine, interpretatione Theodori Chamælon albus. I Y N  
 ἵνγε ἡδέ λεγομένη σεισπυγίσ, ut inquit Theocriti interpres, ἦν φασινέψ τῇ φύσει ἔχειν ἐρωτικήν τενα πειθῶ.

## L A B

**L**Abello, Nomen est uasis, diminutuum a labro, de quo M. Tullius, Labrum si in balneo non est, cura utsit. Villicus habere debet ex præscripto Catonis, Labrum uinarium unum, Labra aquaria quinq; Labrum lupinarium unū, Columella lib. 12. cap. 28.  
 Labeonia, Marrubium, uel Prassium, apd' Dioscor. libro. 3. capite. 118.  
 Labeones, & dentati, qui his nascuntur; ut Curio dentato contigit.  
 Labia, interdum uasa maiora.

## L A

Labor, interdum uehemens, quem exercitum nominat Gale, lib. 2. apho. 16. apho. Laborare significat dolere. Designat etiam & fatigari. Gale, lib. 2. Aphor. 48.  
 Labrum Veneris, Dipsacos Dioscorides libro tertio, capite duodecimo.  
 Labruscam dici putat, quod in marginibus terræ ceu labris quibusdam fere nascatur.  
 Labrum Veneris, Rueiss dystel.  
 Labrusca, uitis sylvestris apud Dioscoridē libro. 4. capite. 193.  
 Labyzos olim myrrhæ addebat, multo preciosior q̄ myrrha. Est autem myrrha similis gumi, sed preciosior.

## L A C

Lac cyrenaicum, Silphium est.  
 Lac schiston appellant, quasi scissile ac dimidium, quoties uidelicet concretā eius partem, quae casealis dici potest, ab setosa, ut Galeno placet, separamus. Impropietatem inquit, schiston lac nonnulli appellant, id, in quo aut littorales calculi, aut ferrum ardens restinctum sit, de cuius iuuamentis vide Dioscor. libro. 2. capite. 77.

Lacaphthon, i. Nasaphthon, secundū Pau. Lacca secundum quosdam Cancanum. Est & gumi quoddam genus, fluens ex arbo-re, tincturis utile. Vide Barb, in Coroll. 23 libro. 1. Dioscor.

Lacertæ inimicissimum genus cochleis. Negantur semestrem uitam excedere. Plin. libro. 8. capite. 39.

Lacerti Arabiæ cubitales. In India uero in Nysa monte, 24. in longitudine pedū, colorem fului, aut punicei, aut cerulei. Pli. ibidē.

Lacerta græcorum σάυρας, & Chalcidica. De quibus lege, Chalcidica lacerta. Est & piscis genus eius nominis. Item herbæ, cuius meminit in Theriacis suis Nicāder, ubi inquit, σαυρήν τε ἡχθόνιον ωέλεται σίφος ἡγεσιλίς. Variant in ea designanda commentarij & interpres. Nam quidam pro Anagallide interpretantur: alij pro Nasturio: alij pro Saurite, quæ est apud Dioscor. nonnulli pro Sinapi, quod, ut inquit Plin. Atheniensibus Sauron uocatur. Verū qui ex his proprius feriant scopū, alij uiderint. Lacertū, & Lacerta, utroq; genere dicitur. Iuuamenta eius lege apud Dioscor. lib. 2. Plin. lib. 8. cap. 39. Græce σάυρα. Quanq; est & herbæ genus Saura Plutoni sacra, de qua in Nicandro.